

**Disputatio medica inauguralis, de natura et usu tartari ... / Eruditorum
examine subicit Ricardus Worthington, Britannus.**

Contributors

Worthington, Richard.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, academiae typographos, 1778.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ffhzybee>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
NATURA ET USU TARTARI;
QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;
NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,
PRO GRADU DOCTORATUS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit
RICARDUS WORTHINGTON,
BRITANNUS,
Med. Soc. Edin. Soc.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXVIII.

DISTRICT OF COLUMBIA
IN THE
CITY OF WASHINGTON

NATURAL HISTORY

OF THE

UNITED STATES

OF GULF STREAM

ACADEMIC

OF THE

AMERICAN

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

JOSEPHO BLACK;

CHEMICORUM

ET

PHILOSOPHORUM

PRIMARIO.

JOSEPHO BLAKE

CHEMICONUM

ET

PHILOSOPHONUM

PRIMARIO

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

NATURA ET USU TARTARI.

CUM Tartari nuper tantum vera natura explorata sit, eoque magis etiam usus ejus pateat, ea res, quid potissimum pro disputationis inauguralis argumento deligerem, volventem me in animo, ut de illius natura et usu scriberem, impulit.

HISTORIA TARTARI NATURALIS.

Tartarus, acido manifeste sapore, concretum, seu compositum, corpus salinum est, ex
multarum

multarum plantarum succis, fermentationi vinosae subjectis, sed uvarum, prae caeteris, inter fermentiscendum, maximeque in vinis Rhenanis conficiendis, parabile. In his succis, maximeque vinis, modo superficiei innatans, et lateribus cadi adhaerens, crystallorum forma, modo ad fundum praecipitatus, faecis nomine, cum lutulenta materia, deprehenditur. Adhaeret cadi lateribus magna copia tartari, in commercio Anglicano, *wine stone* nominati. Tartarus, hac ratione paratus, vini, ex quo per fermentationem relatum paratur, colore proprio tingitur, proque hoc variante ruber aut albus nominatur. Qui ex albis vinis paratur, ille optimus et purissimus habetur. Utriusque generis is, qui firmior est, crystallisque exiguis et splendidis nitet, in majore pretio est. Ex omnibus uvis confecta vina non aequè tartarum praebent. Asperiora et austera magis, qualia Oportoense, Rhenanum, Neufschatlenfe, *sherry* dictum, illo maxime abundant. Idem e plantarum succis, fermentationem subeuntibus, modo tardius, modo celerius, separatur.

separatur. Cujus separandi causa fermentatio aliqua caeca, et priore minus evidens, jam alcahole evoluto, et ad perfectum statum perducto, esse videtur.

Naturali tartari historia absoluta, ejusdem analysi et chemica historia deinceps adgredienda est.

HISTORIA CHEMICA.

Haecenus tartarum rudem et naturalem tantummodo praelibavimus. Prius vero, quam is rite intelligatur, ad simplicem et parcam formam redigendus est, et quae partes ejus sint in lucem protrahendae.

Ad quod faciendum, tartarus crudus in aqua, suum pondus vices quinquiesque superante, coquendus est. Percolendus dein liquor, et frigori exponendus, quo facto, materia salina, cum aqua mixta, rejectis sordibus, separata, abit in crystallos. Qui tamen, quantum obscuro colore sunt, et oleosa materia, a tartari natura aliena, permiscentur,

miscentur, nondum satis puri existunt. Unde ad purgandos eos, alterum opus instituendum est. Itaque aqua coquuntur, quolutum discutitur, crySTALLIQUE, percolati et frigefacti, puri demum candidique producuntur. Concretum salinum crySTALLINUM, priore modo paratum, humoris superficiei, crustae ritu, supernatans, cremor tartari nuncupatur. Qui, posteriore modo purgatus, quia crySTALLORUM, ordinis expertium, forma, a liquore fecernitur, ideo CrySTALLI Tartari nominatur. Sed et utrique generi, nullo discrimine, vocabulum Cremor inditur, tartarum purgatum significans.

Ubi calore modico tartarus integer destillatur, phlegmatis aliquid oritur; quo in opere paulatim calor augendus, et cura adhibenda, ne aëris avolantis copia vas forte disrumpat. Calore sic paulatim aucto, halitus albi specie, acida materia, ut in reliquis acidis vegetabilibus accidit, cum aquae oleique aliquantulo, quod, procedente opere, nigrum prorsus spissumque evadit, et odorem empyreumaticum emittit, oriri solet. Peracto opere, carbo restat, in quo alkali inest,
trium

trium tartari partium duas pondere aequans. In humore destillato aliquantulum alkali volatilis reperitur, in id fixo, phlogisti, et ignis vi, forte transmutato.

Cum institutis nuper experimentis, ex alkali et acido constare tartarum pateat, ad hoc demonstrandum, et luculentis documentis, declarandum, quo vera ejus natura chemica certius et penitus cognoscatur, deinceps transeundum est.

Tartari, sicut multarum aliarum rerum, diu natura ignota; plerisque prava scrutandi ratione, et observatione Boerhaaviana deceptis, nec prius explorata est, quam illustris Schelius, novis et felicibus experimentis, verum demum detexerit. Sed ante Schelium, Margraafius, Berlinensibus commentariis, chartam edidit, quae ad indicium futurum spectaret, alkalique in tartaro jam ante repertum, non mutata ejus igne natura, uti tunc temporis credebatur, creavi, sed perpetuam ejus et naturalem partem esse, demonstraret. Ille tartarum aqua cum creta coctum, et quiescere permissum, faecem de-

jicere, quae felenites tartareus apte nominari potest, ostendit. Drachma deinde cremoris tartari duabus acidi nitrosi soluta, et solutione quieti commissa, crystallos nitri affectus est. Quoniam ex acido nitroso cum tartaro conjuncto nitrum efficiatur, ideo illinc alkali vegetabile tartaro inesse discimus. Ad Schelii experimenta, quae veram tartari naturam declararunt *, exponenda progrediendum.

Si creta contrita cum cremore tartari aqua fervente soluto commiscetur, donec effervescentia definat, crassum, album aliquid subsidet; unde, verso in vapores liquore, tartarus solubilis parabitur. Ex hoc, tartarum non esse acidum, cum impura materia conjunctum, sed concretum salinum, ex alkali et acido compositum, patet. Istud crassum aliquid, quoniam e terra calcaria et abundante tartari acido conflatum est, tartareus felenites apte vocari potest. Parto sic felenita tartareo, aqua abluto, et quam maxime purificato,

* Consule tertiam aëtor. Suecicor. partit. anno M,DCC,LXX.

rificato, affusum acidum vitriolicum cum creta coit, et pulverem insipientem, scilicet gypsum, seu selenitem, vitriolicum efficit; dum in liquore restans acidum tartari colatura separari potest. Sic igitur acidum quoque tartari, postquam est detectum, egregius vir repertum suum omni ex parte absolvit; huic nativo tartari acido alkali vegetabile adjiciendo, et post effervescentiae finem, liquorem translucentem, salinum, neutrum, efformando; qui tartarus solubilis erat; et, acido copiosius adjecto, tartarum justum efficiendo, atque hac quidem ratione tartarum resolvendo, et reficiendo, naturam ejus penitus detexit *.

Partibus, e quibus tartarus constat, explicatis, ad dotes ejus chemicas, quas, dum variis rebus admiscetur, ostendit, animum convertamus.

Tartarus

* Pro creta, qua Schelius usus est, philosophorum et chemicorum primarius, praeceptor noster, Josephus Black, calcem vivam adhibuit, quae totum acidum ab alkali attrahit, cumque eo, selenitae relatae forma, praecipitatur, idque sine effervescentia, si aër fixus calce penitus elicitus sit.

Tartarus in mixtura proprietates acidi ostendit. Litmo et aliis vegetabilibus infusis rubrum colorem dat.

Idem salibus alkalinis solutus, cum iis effervesceat, si aqua calida sit, qua sola solvi potest. Quo facto, alkali, cum supervacua acidi copia coiens, neutrum absolutum parit; idque fit, siue fossile siue vegetabile alkali adhibeatur.

Tartarus purissimus aegre aqua, vix omnino frigida, quantumvis larga, solubilis est, nec fervente quidem, nisi ubi hujus pondus vicies quaterque ipsius pondus superat, solutio perficitur. Uncia aquae destillatae tria solummodo cremoris tartari grana, in thermometri Farenheitiani quinquaginta graduum calore, solvere potest †.

Acida fossilia, nisi addito alkali, aut terra absorbente, solubilis reddatur, tartarum aegre adficiunt. Quamvis enim, acidum nitrosum tartaro addendo, Margraafius nitrum quidem nactus est, perexiguum tamen id erat,

† Exp. Spielmanni.

erat, et difficillime partum. Quae res, quod tartari natura tamdiu latuit, praecipue forsitan in causa est. Quin et ejusdem in promptu ratio ab ingenioso nostro Praeceptore explicata *, scilicet, particularum alkalinarum tartari cum illis acidis conjunctionem proprii acidi abundantia prohiberi. Ut idem tartarus solutus, et cum alkali fossili conjunctus†, salem Rupellensem, cui et vocabulum Polychrestus est‡; cum alkali vegetabili tartarum solubilem, alias, et prisco chemicorum more, barbaram, Tartarizatum, uti supra dictus est, efficit §; ita alkali volatili cum eodem conjuncto, sal neuter ammoniacus, cujus adhuc minus nota natura est, efformatur ||.

Terra.

* Prael. chemic. Profess. Black, de tartar.

† Tartari acidum (secund. colleg. Parisin.) salis hujus quatuor et quinque partibus sui ponderis satiare valet.

‡ Gallice Polychrest de feignette.

§ Alkali hujus tartarus unam ex tribus partem fere saturat.

|| Si hoc ita est, et esse vir supra relatus Josephus Black nobis commemoravit, cur columnae tartari in salium tabula vacuus locus non expletus est?

Terra absorbens tartaro in aqua fervente addita, cum acido ejus abundante coiens, crassam materiam, recte a Schelio selenitem tartareum adpellatum, efformat. Quod si, pro terra cruda absorbente, calx viva adhibeatur, totum alkali, ut idem vir supra et modo relatus, periculo facto, ostendit, attrahitur, et cum toto acido coiens, selenitae plus efficit.

Ubi tartarus et nitrum inter se conjuncta, carbone admoto, incenduntur, incendium vapores inflammabiles, foetidos, solius acidi tartarei odorem referentes, summittit.

Ea tartarus metalla, quae acidum vegetabile rodit, si idem cum ferro in aquae tanto, quantum ad massam faciendam sufficiat, commisceatur, rubigo martis, quae Mars Solubilis seu Chalybs Tartarizatus dicitur, conflatur. Ejusdem tartari cum ferri, ad candorem vase calefacti, limatura, conjunctio martem alkalizatum solubilem efficit.

Cremor tartari antimonio contrito additus, et fervente aqua coctus, concretum salinum, Tartari Emetici vocabulo format.

Historia

Historia et analyfi tartari absoluta, de tartaro solubili pauca dicenda sunt; qui sal neuter, ut ante dictum est, ex abundante tartari acido et alkali ad saturationem commixtis, nascitur. In quo quaedam tartari puri proprietates prorsus delentur. Sal neuter nunc aqua solubilis, simul tartari germani signa, et acidi indicia perdit. Acida fossilia, ut supra dictum est, tartareum aegre base alkalina extrahunt.

Contra, tartarus solubilis ita facile resolvitur, ut partes ejus etiam acido vegetabili diffocientur, et alkali ejusdem, cum addito acido coiens, segregetur. Ex prompta hac partium separatione, e quibus tartarus solubilis constat, facilis in medicamentorum praescriptione error, et aegrotanti incommodus, oritur. Ita ad alvum solvendam, ubi tartarus solubilis et tamarindorum decoctum inter se commixta dantur, horum acidum, quam illius, ad aceti naturam vicinius, ideo tartarum dissolvit, ejectoque hujus acido, cum alkalina ejus base coit; quo facto, supervacuum acidum tartareum, cum reliquo
alkali

alkali laxius, suo more, coiens, tartarumque formans, praecipitatur.

Historia tartari naturali et chemica absoluta, et in hac plerisque ejusdem compositionibus pharmaceuticis expositis, tantummodo nunc restat ut hae in tabulam digerantur; quae omnes, scilicet, medica tartari praeparata, ad duo capita redigi queunt.

I. Praeparata falina.

1. Cremor Tartari—Edinb.
2. Tartari crytalli—Edinb.
3. Tartarus solubilis—Lond. et Edinb.
4. Tartarus ammoniacus mixtus
5. Sal Rupellensis—Parif.*

II. Praeparata metallica †.

1. Ferri.

a. Mars solubilis, seu chalybs tartarizatus—Edinb.

b. Mars solubilis alkalizatus.

2. An-

* Alias sal de Seignette, sal Rochelle, et sal Polychrest de Seignette.

† Virtus medicinalis praeparatorum metallicorum, non in tartaro, sed metallo, inest.

2. Antimonii.

c Tartarus emeticus—Lond. et E-
dinb.

Quamvis naturae scientia recens exulta potestatem, qua medicinae in corpus humanum agunt, multum illustravit, eadem tamen magnis adhuc tenebris obducitur. Ex evidentibus illarum proprietatibus, quo modo firmum vivum, quo modo simplex corporis animati adficient, ut, a priore dicere non possumus, ita, cum earundem manifestus effectus est, qua is causa natus sit, aequè ignoramus. E medicinis, quarum actio notabilior est, nempe tonicis, petito exemplo hanc rem illustrabo. Ferri vel corticis Peruviani particulas ventriculo receptas, robur et tonum corporis augere docet observatio. Quin et tonicum hunc effectum in firmorum simplicium cohaesione augenda, et vivorum contractiones celeriores et validiores reddendo, consistere assumatur, et pro certe ponatur: Ac, ne sic quidem, qua potestate martis aut corticis naturae haerente, assumpta, actio tonica peragatur, intelligimus. Idem-

que de stimulantium aut sedantium, et quodcunque aliud est, opere dicendum est. Cum igitur, qua potestate, quove principio medicinae in corpus humanum agant, nesciimus ; ideo contrahenda nostra investigatio est, effectusque earundem tantum contemplandi. Quod ad tertiam chartae partem, qua

OPERIS RATIO

Comprehenditur, scribentem me ducit. Medicamenta vel in firma vel in humores agunt. E quibus firma duplicia sunt, simplicia et viva. Haec rebus stimulantibus aut sedantibus, illa adstringentibus et relaxantibus, adficiuntur : Quod ad tartarum attinet,

Ut is in firma sola agere videtur, sic dupliciter id facere, prius stimulando, quo modo caeteri omnes sales compositi canalem alimentarium adficiunt, dein refrigerando vel sedando, scilicet, quantum acidi vegetabilis

bilis obtinet naturam, credendus est; eoque sub his duobus capitibus, stimulandi et sedandi, hac in operis nostri parte, tractabitur.

STIMULANS.

Medicinae, intestinorum actionem augentes, et sterco simul ejicientes, id potestate stimulatrice facere dicuntur, et Cathartica nominantur. Unde tartarus, qui sic agit, et manifeste catharticum est, stimulando agere judicandus est. Quicquid autem unam corporis partem stimulat, id suum toto corpore effectum plerumque diffundit, et, variante dose, varias partes adficit. Sic eadem res, prout ejus plus minusve datur, modo emetica, modo cathartica, modo diuretica, modo diaphoretica, saepe evadere reperitur. Quae ratione tartarus quoque, quoties alvum solvit, insigni urinam movendi potestate praeditus est. Ut haec communis stimulantium natura est, et cathartica quoque stimulare intelliguntur;

telliguntur ; ita horum opus non proprie adhuc comprehenditur. Quae non communi stimulo sic agere, vel hoc uno patet, quod multi alii stimuli, et iis quidem validiores, in corpus recepti, minime alvum purgant. Unde medicinas, quae excretionem augent, interque illas catharticas, aut proprio stimulo instrui, aut in communiter stimulantibus aliquid, quo ab excernentibus vasis eorum stimulus avertitur, inesse verisimile est. Cujus rei luculentum exemplum alcohol est ; qui, licet validissimum stimulum possideat, non humorum in canalem alimentarium, qui excernuntur, excretionem tamen auget. In quam converti stimulum prohibet cum stimulatrice adstringens vis conjuncta, dum ejusdem alcoholis irritatio phlogisticum statum et fibrarum constrictionem efficit. Quod autem ad tartarum attinet, ejus vis cathartica diversam forsitan explicationem recipit. Acidi enim in eo abundantia, eodem fere modo, quo acetum aut fructus acido-dulces, materiam saccharinam, intestinis stimulo tali futuram, quali re vera saccharum in alvum immixtum

immissum est, per ventriculi fermentationem edere potest.

REFRIGERANS ET SEDANS TARTARI ACTIO.

Idem per eandem acidi abundantiam eodem modo, quo reliqua acida vegetabilia, corpus afficere, et sic refrigerare aut sedare credendus est ; quod evidenti ejus opere patet.

Quinetiam ejusdem Tartari

ACTIO ANTISEPTICA

Est, et quanto humorum motum intestinum reprimere existimatur, tanto stimulum firmis, inde orientem, infirmare potest.

Eadem ratione, qua tartarus diureticum esse dictus est, plerorumque diureticorum more, diaphoreticum existimatur. Cathartica forsitan diuretica, effectu illorum ab intestinis ad renes translato, fiunt, eodem modo, quo renum calculi dolores colicos excitant. Eandemque rem illustrare, in accessionibus hystericis urinae profusio, in nephritide vomitus, videntur. Non autem diureticum

reticum tartari opus eo principio explicabile est, quo salina omnia, sanguine percurso, ad urinae itinera contendere dicuntur. Nam, ut hoc plerisque salinis rebus usu venire concedatur, id tartari, tamen quod corpore receptum, urinam movet, tantillum saepe est, ut eam explicationem recipere non videatur: Quod ita esse agnoscet ille, qui, quam difficile aqua, nisi ad fervendi punctum calefacta, tartarus solvatur, vasaque lactea vix in se quicquam, quod aqua solubile non sit, recipere, reputaverit.

Quoniam autem tartari est, maximeque per actionem stimulatricem, canalis alimentarii excretiones, item urinariam, augere; ideo, in morborum curationibus, ea ratione id requiretur, aut non, qua ratione hae excretiones augendae, aut contra, erunt. Praeterque stimulatricem proprietatem, ex sedante quoque et refrigerante, quae in eo inesse dictae sunt, ejus in curationibus usus aestimandus est. Jam igitur ea chartae pars expedienda est, et,

Quorum

Quorum morborum curationibus tartarus conveniat, quam brevissime dicendum.

Tartari virtutes purgans, urinam movens, sedans alteransque, ut ad tot medicinarum classes unius ejus effectus referendi sint, efficiunt ; qui effectus, quaeve virtutes, priusquam ad proprias illius transeatur, quales communiter quarumlibet medicinarum, sint, paucis percurramus.

Catharticum opus est humores omnes, omne materiae genus intestinis clausum ejicere, cingentiumque glandulas in cavo intestinali fitas fibrarum alternantem cum relaxatione contractionem augendo, glandulas emulgere ; adferentibus usque his in commune cavum tanta plus humorum, quanto plus aucta illa glandularum actio exprefferit. Qua quidem ratione alvum purgantia canalem alimentarium exhauriunt. Quod, fieri sine vicini ventriculi consimili adfectione, quia non potest, ideo hic quoque, aucta ei propria excretionem, exhauritur. Eadem cathartica, omnium abdominis viscerum excretionem

tiones augendo, eorundem secretiones, ac proinde absorptionem, augent. Quin et Hydragogorum forsitan titulum, ea saltem tenus, merentur, quatenus non solum humores auferunt, sed ejus, qui in varia cava effunditur, augent absorptionem. An, ut vir praeclarus opinatur, vacuefactio intestinorum, stimulusque vasculorum illic osculis admotus, quodam quasi derivationis genere, ut plus sanguinis et humorum in aortae descendens ramos confluat, et sic aortae ascendens rami insolito onere leventur, efficiunt? An, propter magnam humoris, relatis viis, detractionem, universa vasa humorifera exonerari, quam notionem curationes Sydenhamiae, et aliae etiam, videntur confirmare, putanda sunt?

Diureticorum est vasis sanguiferis serositatem detrahare, eoque modo ejusdem ad arteriolas exhalantes adfluxum, ac proinde in varia corporis cava profusionem, prohibere. Opus autem illorum saepe ambiguum est; id quod cantharidum, quae, validus quamvis et quodam modo proprius renibus stimulus, aliquan-

aliquando movent, aliquando sistunt urinam, effectus plane arguit.

Sedantium opus est motum corporis imminuere et motrices vires infirmare. De quo tamen, multis medicinis communi, fusius agere inutile et supervacuum est, quia tartarus, ad cujus actionem illustrandam eorum actio commemoratur, leniter tantum, eoque quasi gradu, quo alia acida vegetabilia, fedat.

Habitu mutantia, vulgo et male Alterantia nuncupata, varie sanguinem mutare existimantur; eoque sub Attenuantium et Inspissantium titulo tractari solent. Quem ullarum medicinarum, aut rerum a nobis in ventriculum receptarum, effectum esse, neque ratio mihi neque justa observatio evincit; si acidum vegetabile forsan excipias, quod, licet misceri cum sanguine nostro, et in unum corpus redigi videatur, ita ut sua forma non amplius adpareat; tamen habitui ad putridum accedenti occurrere, et aliquando in diversum vertere, credibile est. Sed an ejus tamen usum celebratus multorum virorum

doctrinis effectus sequatur, et sanguis mutetur, ex principiis positis non est nobis judicare. Cathartica et diuretica virtus igitur tartari est, qua multis opifer morbis fit. Haec in compluribus cachexiarum classis morbis, maximeque hydrope, prodest, in quo primus omnium eruditus Franciscus Home, Professor noster, illum adhibuit, cujus sententiam multiplex in curationibus dein usus confirmavit. Idem per vim cathartica ex omnibus partibus corporis humores auferre, eoque varias obstructions tollere, existimandus est. Et si, ut supra relatum est, cathartica sanguinem in inferiora corporis derivent, ideo tartarus harum partium ulceribus mendedis accommodatur. Cumque idem, justiorum salium neutrorum more, leniter agat, et totum corpus validis cathartice minus commoveat, refrigeranteque et sedante natura, cum salibus neutris quoque communiter instructus sit; ideo in febribus *, phlegmasiis et haemorrhagiis recte adhibetur.

Quod

* Omnibus in febribus, quas putredo comitatur, salutaris tartarus est, ut in Lindi de febribus remittentibus

Quod si aut nimia dose aut frequenter nimis detur, ad ventriculi et totius canalis alimentarii tonum imminuendum pertinet. Unde ubique tonus et secretio imminuitur, aciditas et cruditas ventriculi subnascitur, repressoque intestinorum motu peristaltico, alvi vel laxitas vel durities sequitur. Quem corporis statum, quoniam tartarus inferre potest, ideo, in omnibus morbis, quos debilitas continet, ac proinde in ordinis Adynamiarum generibus, scilicet, dyspepsia, hypochondriasi, et chlorosi, ejus usu manifeste interdiciendum est.

Contra, quia miti placidoque stimulo, contractiones phlogisticas non excitaturo, est, adversus tumores haemorrhoidales, et inflammatoria in viis urinariis symptomata, catharticum utile erit. Idem in adfectibus scorbuticis virtute diuretica particulas salinas et putrescentes ad urinae, quo sponte tendunt, itinera impellendo, et acridinem, ubique intus offendens

bus et Bengalensibus putridis libro disci potest, anno M,DCC,LXII. Quem idem in omnibus febribus commendat.

offendentem, sic expellendo, non prodesse non potest.

Per falis autem neutri acidamque, quam utramque possidet, proprietatem, antiseptici vice fungatur tartarus necesse est. Qua ejus igitur virtute in omnibus morbis, quos putredo, ruensve in hanc habitus comitatur, haud ambigue opus est; eademque, quoties primarum viarum humores ad statum plus justo alkalinum vergunt, ad hoc vitium corrigendum idoneus est. Haecenus sine dubitatione alterans tartari virtus recipienda est. Quomodo autem tartarus humorem circum-euntem mutantis, seu, ut aiunt, alterantis, vice fungatur, percipere non adhuc possumus; quia, si in dosibus satis amplis adhibeatur, iis, scilicet, quibus hic effectus, si unquam, gigni possit, alvo et urinae itineribus cito dissipatur. Dilutio, praeter haec, cui necessario exponitur, antequam in habitum recipiatur, abunde ampla est, unde vires ejus habitum mutantis vel penitus eludentur, vel saltem valde diminuentur.

De-

Denique, si, ut vir ingeniosus Macbride ostendit, crudis plantarum succis ad bilem cogendam, quo melius haec destinato munere fungatur, opus est; ideo, quoties bilis abundet, toties tartarus usus erit.

Postremo, ex chemica ejus, supra explicata, analyfi, hoc breviter de usu tartari colligendum est; eum, ubi minus alkalinus primarum viarum status est, facultate acidi agere, ubi magis hae alkalescunt, pro ratione, qua hoc fit, salis neutri munere fungi et tartarum solubilem fieri.

Disceptatione ita ad finem perducta, quam mirum naturae opificium in rebus, quae aliis leviores prudenti rerum aestimatori merito maximae habentur, quam sapiens, quam utile, exclamari jure potest! egregiam sane amplamque materiam contemplationi prae-
buit :

Parvula Res, humilique, falina, recondita Planta.

F I N I S.

Deinde, si, ut vir ingeniosus Machi-
cendit, crudis plantarum succis ad bilem
cogendam, quo melius haec destinata mu-
nere fungatur, opus est, ideo, quoniam bilis
abundat, toties tartarus nilis erit.

Postremo, ex characteribus eius, supra expli-
catis, manifestum, hoc breviter de usu tartari col-
ligendum est: cum, ubi minus alkalium
principium visum fuerit, facilius acidi
agere, ubi magis haec alkalium, per rationem,
qua hoc fit, talis acuti manere fuit, et tar-
tari solubilem fieri.

Disquisitione ita ad finem perducta, quam
tertium naturae opusculum in rebus, quae aliis
leviores praebeant, tertium acutissimum, merito
maximae habentur, quam sapientia, quam
utile, exclaimant, tunc potest, I. egregiam sane
ambrosiacam materiam contemplationi praes-

tare, quod, ut ait, Philosophus, est, quod

Prout, Res, Aristoteles, Ethica, secundum Platonem

et, ut ait, Philosophus, est, quod

et, ut ait, Philosophus, est, quod



